



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum sint de actibus omnium uirtutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



¶ Duodecimo, Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificent.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur qd non omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ. Dicitur enim Eccl. 17. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hereditauit illos: sed disciplina diuiditur contra legem naturæ, eo quod lex naturalis non addiscitur, sed ex naturali instinctu habetur. et qd non omnia præcepta moralia sunt de lege naturæ.

¶ 1. Præ. Lex diuina perfectior est, quam lex humana: sed lex humana superaddit aliqua ad bonos mores pertinentia his, quæ sunt de lege naturæ, quod patet ex hoc, quod lex naturæ est eadem apud omnes: huiusmodi autem morum instituta sunt diuersa apud diuersos. ergo multo fortius diuina lex aliqua ad bonos mores pertinentia debuit addere supra legem naturæ.

¶ 2. Præ. Sicut ratio naturalis inducit ad aliquos bonos mores, ita & fides. unde etiam dicitur ad Gal. 3. qd fides per dilectionem operatur: sed fides non continetur sub lege naturæ, quia ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem naturalem. ergo non omnia præcepta moralia legis diuinæ pertinent ad legem naturæ.

SED CONTRA est, quod dicit Apost. Rom. 2. Quod gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: quod oportet intelligi de his, quæ pertinent ad bonos mores. ergo omnia moralia præcepta legis sunt de lege naturæ.

RESPON. Dicendum, qd præcepta moralia a cærimonialibus, & iudicialibus sunt distincta. Moraliam enim sunt de illis quæ secundum deum ad bonos mores pertinent. Cum autem humani mores dicantur in ordine ad rationem, quæ est proprium principium humanorum actuum, illi mores dicuntur boni, qui rationi congruunt mali autem, qui a ratione discordant. Sicut autem omne iudicium rationis speculatiuæ procedit a naturali cognitione primorum principiorum: ita etiam omne iudicium rationis practiciæ procedit ex quibusdam principijs naturaliter cognitis, ut supra dictum est, ex quibus diuersimode procedi potest ad iudicandum de diuersis. Quædam enim sunt in humanis actibus adeo explicita, qd statim cum modica consideratione possunt approbari, vel reprobati per illa communia, & prima principia. Quædam vero sunt, ad quorum iudicium requiritur multa consideratio diuersarum circumstantiarum, quas considerare diligenter non est cuiuslibet, sed sapientum: sicut considerare particularès conclusiones scientiarum, non pertinet ad omnes, sed ad solos philosophos. Quædam verò sunt, ad quæ diiudicanda indiget homo adiuuari per instructionem diuinam, sicut est circa credenda. Sic igitur patet, qd cum moralia præcepta sint de his quæ pertinent ad bonos mores, hæc aut sunt quæ rationi cõueniunt: omne autem rationis humanæ iudicium aliquo modo a naturali ratione deriuatur, necesse est, qd omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ, sed diuersimode. Quædam enim sunt, quæ statim per se ratione naturali cuiuslibet hominis diiudicari esse faciendâ, vel non faciendâ: sicut, Honora patrem tuam & matrem, & Non occides. Non furum facies, & homicidium, sunt absolute de lege naturæ. Quædam vero sunt, quæ subtiliori consideratione rationis a sapientibus iudicantur esse obseruanda: & ista sic sunt de lege naturæ, ut tñ

indigeant disciplina, qua minores a sapientioribus instruantur, sicut illud. Coram cano capite confurge: & Honora personam senis, & alia huiusmodi. Quædam vero sunt, ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione diuina, per quam erudimur de diuinis: sicut est illud, Non facies tibi sculpsile, neque oem similitudinem: Non assumes nomē Dei tui in vanū. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta moralis legis sint de omnibus actibus virtutum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, qd præcepta moralia legis non sint de omnibus actibus virtutum. Obseruatio enim præceptorum veteris legis iustificatio nominatur, secundum illud psalm. 118. Iustificaciones tuas custodiā: sed iustificatio est executio iustitiæ. ergo præcepta moralia non sunt nisi de actibus iustitiæ.

¶ 1. Præ. Id quod cadit sub præcepto, habet rationem debiti: sed ratio debiti non pertinet ad alias virtutes, nisi ad solam iustitiam, cuius proprius actus est reddere unicuique debitum. ergo præcepta legis moralia non sunt de actibus aliarum virtutum, sed solum de actibus iustitiæ.

¶ 2. Præ. Omnis lex ponitur propter bonum commune, ut dicitur Isido. sed inter virtutes sola iustitia respicit bonum commune, ut Philo sophus dicit in 5. Ethico. ergo præcepta moralia sunt solum de actibus iustitiæ.

SED CONTRA est, quod Ambr. dicit, qd peccatum est transgressio legis diuinæ, & celestium inobedientia mandatorum: sed peccata contrariantur omnibus actibus virtutum. ergo lex diuina habet ordinare de actibus omnium virtutum.

RESPON. Dicendum, qd cum præcepta legis ordinentur ad bonum commune, sicut supra habitum est, necesse est, qd præcepta legis diuersificentur secundum diuersos modos communium. Vnde de Philoso. \* in sua politica docet, qd alias leges oportet statuere in ciuitate, quæ regitur rege, & alias in ea, quæ regitur per populū, vel per aliquos potentes de ciuitate. Est autem alius modus communis, ad quæ ordinatur lex humana, & ad quæ ordinatur lex diuina. Lex enim humana ordinatur ad cõmunitatem ciuilem, quæ est hominum adinuicem. Homines autem ordinantur adinuicem per exteriores actus, quibus homines sibi inuicem cõmunicant: huiusmodi autem cõmunicatio pertinet ad

¶ Super Questio 100. Articulum secundum.

IN articulo 2. eiusdem questionis not. differentias duas in litera inter legem humanam & diuinam, quo ad disponendum de omnium virtutum actibus ex substantiali eorum diuersitate illatas. Prima est, quia lex humana disponit de sola iustitia formaliter: de aliis autem virtutibus, ut induunt rationem iustitiæ. Lex autem diuina disponit de omnibus virtutibus absolute. Et ratio huius est, quia illa attendit rationem debiti respectu communis boni: ita autem attendit rationem cõmunitatis ad Deum. Cõmunitio autem ad Deum omni virtute absolute sumpta fit: quia bene disponitur mens secundum suam totam latitudinem. Secunda est, quod, quia inficari non potest, quin omnis ad aliquam debiti rationem non severtat (quia nisi debitum esset, aut fieret lege positum, sub lege non caderet) lex humana ratione debiti proprie dicti respicit: lex autem diuina ratione debiti metaphorice, vel debiti obedientiæ.

¶ Quod si non penetras. scito, quod ista triplex debiti ratio se habet, qd debitum obedientiæ est commune omni legi, & cõsurgit ex ratione principantis, & subditi. Et de tali debito non est sermo, cū queritur sub qua ratione actus virtutum cedant sub lege: quia debitum obedientiæ non ponit i actibus ratione, quia ordinatur in finem legis, sed obligationem ad exequendum lege positam. Debitum autem inferiorum ad superius in eodem

lib. 5. Erymo. cap. 21. ca. 1. & 2. & 31. to. 5.

In lib. de partibus rad. ca. 8. articulo 4. mo. 4.

q. 90. art. 2.

li. 3. et 56. & 9. tomo 5.



eodē homine, quod metaphorice debitu dicitur, iustitiā proprie dictam non fundat, ut ex 5. Ethic. habetur. Debitum deum proprie dictum unius hominis ad alterum, & ad commune bonum ad iustitiam proprie dictā, spectat. Et propterea lex humana, q̄ debiti proprie dicti rationem dirigit, nullius virtutis actus nisi sub ratione iustitiæ imperat, lex autem diuina quæ totum hominem facit secundum seipsum, quia secundum seipsum iustitiam Dei, omnium virtutum actus ordinat absolute sub ratione debiti metaphorice, & concurrente communissimo debito obedientie, ut obligante ad parendum: & propterea in littera veriusque auctor meminit in responsionibus argumentorū.

Et scito, quod in eisdem responsionibus, nomine, Rationis, auctor intendit supremum in homine: nomine uero Virtutum inferiorū, reliqua quæ sunt hominis, ut responsio ad primum iuncta responsioni ad secundum aperit: oportet enim supreme regulæ consonare reliqua.

Cap. 1. circa med. & deinceps t. 5.

Super Questionis centesima Articuli tertium.

Articulus tertius eiusdem q. 100. si non plene discernis, vide articulum vndecimū eiusdem, & intelliges differentiam inter prima principia moralia, & præcepta decalogi, quæ sunt prima legis elementa. Illa enim statim notis terminis ex natura, vel fide insula cognoscimus: ista autē statim ex primis prædictis cognoscimus: & propterea illa Deum per naturam, vel fidem dicitur indidisse, vel insudisse: ista autem per nos ipsos, tanquam a Deo proposita medianibus illis cognoscere: reliqua autē p̄ instructionem humanā diligenti inuestigatione, aut disciplina.

Infar. 11. Et 2. 2. q. 112. ar. 6. & 9. ad 2. Et 3. dist. 37. artic. 2. q. 1. cor. 8. 3. per totū. Et mal. q. 14. ar. 2. ad 14. Et quol. 7. ar. 17. ad 8.

rationē iustitiæ, quæ est proprie directiua cōmunitatis humanae. & ideo lex humana nō proponit p̄cepta nisi de actibus iustitiæ, & si præcipiat actus aliarum virtutum, hoc non est nisi in quantum assumunt rationem iustitiæ, ut patet per Philosophum in 5. Ethic. Sed cōitas, ad quā ordinat lex diuina, est hominum ad Deū vel in præsentī, vel ī fututa uita: & ideo lex diuina præcepta proponit de oībus illis, p̄ quæ homines bene ordinentur ad cōiocationem cum Deo. Homo autē Deo coniungitur ratione, siue mente, in qua est Dei imago: & ideo lex diuina præcepta p̄ponit de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata est: hoc autem contingit per actus omnium virtutum. Nam virtutes intellectuales ordinat bene actus rationis in seipsis: virtutes autē morales ordinat bene actus rationis circa interiores passiones, & exteriores operationes. Et ideo manifestum est, q̄ lex diuina cōuenienter proponit præcepta de actibus omnium virtutum: ita tamen q̄ quædam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, obseruari non potest, cadunt sub obligatione præcepti: quædam uero, quæ pertinent ad bene esse virtutis perfectæ, cadunt sub admonitione consilii.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ adimpletio mandatorum legis est quæ sunt de actibus aliarum virtutū, habet rationem iustificationis, in quantum iustum est ut homo obediat Deo, vel etiā in quantum iustum est, q̄ omnia quæ sūt hominis, rationi subdantur.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ iustitia proprie dicta attendit debitum unius hominis ad aliū: sed in omnibus alijs virtutibus attenditur debitum inferiorum virtutum ad rationem, & secundum rationem huius debiti Philosophus assignat in 5. Ethic. quandam iustitiam metaphoricam.

Ad TERTIVM patet responsio per ea quæ dicta sunt de diuersitate communitatis.

ARTICVLVS III.

Utrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ non omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi. Prima. n. & principalia legis præcepta sūt. Diliges Dominum Deū tuum: & diliges proximum tuū.

vt habetur Matth. 22. sed ista duo non continentur in præceptis decalogi. ergo nō omnia præcepta moralia continentur in præceptis decalogi. ¶ 2. Præcepta moralia non reducuntur ad decem præcepta decalogi, sed potius econuerso: decem præcepta decalogi est vnū ceremoniale. 10. vt diem Sabbathi sanctifices. ergo præcepta moralia nō reducuntur ad omnia præcepta decalogi. ¶ 3. Præcepta moralia sunt de omnibus virtutibus: sed inter præcepta decalogi sola præcepta pertinentia ad actus iustitiæ, & discurrentia per singula. ergo præcepta decalogi continent omnia præcepta moralia.

SED CONTRA est, quod Matth. 5. super Beati estis cum maledixerint & c. dicitur \* q̄ q̄ sedes decem præcepta proponens, postea per se explicat. ergo omnia præcepta legis sunt quæ partes præceptorum decalogi.

RESPON. Dicendum, q̄ præcepta decalogi & præcepta legis differunt in hoc, q̄ præcepta decalogi per seipsum Deus dicitur populo propositū, v̄ præcepta decalogi pertinent, quoniam homo habet p̄ seipsum a Deo: hōi uero sunt quæ statim ex principiis cōmunitatis primæ facti, possunt modica cōsideratione, & ita statim ex fide diuinitus insula innotescunt. Præcepta ergo decalogi non cōputantur duo præceptorum, illa scilicet sunt prima & communiorum non oportet aliquā editionem esse, nisi scripta in ratione naturali quæ per se nota homo nulli debet malefacere, & alia humaniorum iterum illa, quæ per diligentē inquisitionem tantum inueniuntur rationi cōuenire: hæc enim iniunt a Deo ad populū mediante discipulatione. Vtraq̄; tamen horum præceptorum cōstitutur in præceptis decalogi, sed diuersimode: quæ sunt prima, & cōmunia, continentur in principio in conclusionibus proximis: quæ per sapientes cognoscuntur, cōmunicantur econuerso, sicut conclusiones in principijs.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ illa duo quæ sunt prima & cōia præcepta legis nature, quæ se nota rationi humane uel per naturam attendunt, & ideo omnia p̄cepta decalogi ad illa referuntur, sicut cōclusiones ad principia cōmunicantur.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ præceptum obseruatione Sabbathi, est secundum aliquod in quantum. s. per hoc præcipitur, quod homo a tempore vacet rebus diuinis, secundum illud. Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus: & ideo hoc inter præcepta decalogi comparatur autem quantum ad taxationem temporis, quod cōueniens hoc est ceremoniale.

AD TERTIVM dicendum, q̄ rō debiti in virtutibus est magis latens, q̄ in iustitia. & ideo præcepta de actibus aliarum virtutum non sunt nisi per se nota rationi humane, sicut præcepta de actibus iustitiæ, & hoc actus iustitiæ specialiter cadunt sub præceptis decalogi, quæ sunt prima legis elementa.

ARTICVLVS IIII.

Utrum præcepta decalogi cōuenienter distinguantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ inconuenienter præcepta decalogi distinguantur.

Super Questionis centesima Articuli tertium. In articulo 1. quæstionis alij notantur duo. Nota duo. Primo.